



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

E. supplicat pro infidelibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

rit illata iudice, nihil illa magis meritorium est:
 Maneat ergo lex imperialis, maneat uirga Ec-
 clesie: Mater ecclesia filiolos inobedientes mi-
 tius corrigit, ac pater coelestis, Matth. 25. 22.
 &c. Sed alius obstinatis & pertinacibus non me-
 dicamen est, uerum potius gladius interimens.
 Nam hi contemnunt sponsam Christi, cui com-
 mist paranymphus & Christus, in proteruos &
 contumaces uerius spurios gladium exercere:
 Quod expertus est apud Florentiam Tusciae Hie-
 ronymus Sauonarola, qui in hac re se contuma-
 cem contra censuras ecclesie praestitit: Huius
 peruersum propositum non ueretur defendere
 Sebastian Meier Bernensis, in suis commentarijs,
 scilicet super Apo.

Vide Cy-
 pria. lib. 12
 Episto. 112

Eijcit etiam ab ecclesia triumphante, per extre-
 mam sententiam definitiuam & iudicialē, de qua
 Christus tyrannoctonus, Mat. 25. Suru mime-
 ni Arurim el elch haolam, hoc est, disce-
 dite à me maledicti in ignem aeternum, &c.

Ecclesia supplicat pro infis delibus.

Supplicat ubiq; ecclesia Deo non solum pro
 sanctis & in Christo iam regeneratis, sed etiam
 pro

G 2 pro

Ambros.
de uocati.
gent. lib.
1. cap. 4.

pro omnibus infidelibus & inimicis crucis Christi, ut relictis erroribus suis conuertatur ad Deum, accipiant fidem, accipiant charitatem, pro quibus omnibus sibi uult dominus supplicari: unde subdit. Qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.

Credere ecclesiam non in ecclesiam.

CRedimus autem S. Catholicam ecclesiam, non tamen in ecclesiam credere debemus. Quia ecclesia non est Deus, sed domus Dei est, catholicam dicit toto orbe diffusam, quia diuersorum hereticorum ecclesie ideo catholice non dicuntur, quia per loca, atque per suas quasque provincias continentur. Hac uero a solis ortu usque ad occasum unius fidei splendore diffunditur, inquit D. Aug. de Tempo. Serm. 131.

Multa commoda ecclesie con- tulit paranympus.

Contulit autem cardiognostes Christus (qui uitam fecit ex morte, lucem creauit ex tenebris, Ambro. de uirgi. lib. 3.) sue sponsae